Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

lapis onichinus / Et nomen flu
uij gihon / ipse est qui circuit
omnem terram ethiopie / Nomen vero
fluminis tertij tigris / ipse vadit ori
entalis assiriis / Flumen autem quartum / ipse
est euphrates / Tulit ergo dnus
deus hominem et posuit eum in pradi
so voluptatis / ut operaret et cus
todiret / Precepitque ei dicens / Ex
omni ligno paradisi comede / De
ligno autem scientie boni et mali
ne comedas / In quocumque enim
die comederis ex eo morte mo
rieris / Dixit quoque dnus deus Non
est bonum hominem esse solum / faciam
ei adiutorium simile sui / Fo
tis igitur dnus deus humo cunctis
animantibus terre / et volatilibus
celi / adduxit ea ad adam
vt videret quid vocaret ea / Omne enim
quod vocavit adam animae viuentis ipsum est nomen
eius / Appellaueritque adam nomina
suis cuncta animantia et volucres
volatilia celi / et omnes bestias
terre / Adam vero non inueniebat
adiutorium similem sibi / Immisit ergo
dnus deus soporem in adam /
Cumque obdormisset / tulit vnam
de costis eius / et replevit carnem
pro ea / Et edificauit dnus deus cos
tam / quam tulerat de adam in mulie
rem / et adduxit eam ad adam /
Dixitque adam / Hoc nunc os de
ossibus meis / et caro de carne
mea / Hoc vocabitur mulier quoniam
de viro sumpta est / Quamobrem
relinquet homo patrem suum et matrem
et adhaerebit vxori suae / et erunt
duo / in carne vna Cap. iij.

Erat autem vterque nudus
adam scilicet et vxor eius et
non erubescebant / Sed et serpens
erat callidior cunctis animantibus
terre quae fecerat dnus deus / Qui
dixit ad mulierem / Cur preceptum
vobis deus / ut non comedatis de
omni ligno paradisi / Cui respondit mulier
De fructu lignorum / quae sunt in
paradiso vescimur / de fructu vero
quod est in medio paradisi preceptum
nobis deus / ne comedamus et ne
tangamus illud ne forte moriamur
Dixit autem serpens ad mulierem / Ne
quaquam morte moriemini / Scit enim
deus quod in quacumque die comederitis
ex eo / aperientur oculi vestri et eritis
sicut dii scientes bonum et malum /
Vidit ergo mulier / quod bonum esset
lignum ad vescendum et pulchrum
visu / appetibile quoque intuitu / et tulit
de fructu illius / et comedit deditque
viro suo / Qui comedit et apti
sunt oculi amborum / Cumque cognouissent se esse nudos / consuerunt fo
lia ficus / et fecerunt sibi perizo
mata / Et cum audissent vocem dni di
de ambulantis in paradiso ad auram
post meridiem abscondit se adam
et vxor eius a facie dni dei in
medio ligni paradisi / Cap. iiij.

Vocauit autem dnus adam et dixit
Vbi es / Qui ait / Vo
cem tuam audiui in paradiso et timui
eo quod nudus essem / et abscondi me /
Cui dixit deus / Quis enim indi
cauit tibi quod nudus es / Nisi quod
ex ligno / de quo preceperam tibi / ne
comedas / Dixitque adam / Mulier
quam dedisti mihi sociam / dedit
mihi de ligno et comedi / Et dixit
dnus deus ad mulierem / Quare hoc
fecisti / Cui respondit / Serpens
decepit me / et comedi / Et ait
dnus deus ad serpentem / Quia hoc
fecisti maledictus es / inter omnia
animantia et bestias terre / super
pectus tuum gradieris et terram co
medes cunctis diebus vite tue /